Kenyon College

Digital Kenyon: Research, Scholarship, and Creative Exchange

Medieval Manuscripts

Special Collections

February 2014

# Vulgate Bible: Number 19

Unknown

Follow this and additional works at: https://digital.kenyon.edu/mdvlmanuscripts

Recommended Citation
Unknown, "Vulgate Bible: Number 19" (2014). *Medieval Manuscripts*. 40.
https://digital.kenyon.edu/mdvlmanuscripts/40

This Book is brought to you for free and open access by the Special Collections at Digital Kenyon: Research, Scholarship, and Creative Exchange. It has been accepted for inclusion in Medieval Manuscripts by an authorized administrator of Digital Kenyon: Research, Scholarship, and Creative Exchange. For more information, please contact noltj@kenyon.edu.

in via bona et calles iustorum custodias.
Qui enim recti sunt habitabunt in terra et simpli-
ces permanebunt in ea. Impii vero de terra per-
dentur et qui inique agunt auferentur ex ea.

III

Fili mi ne obliviscaris legis mee et pre-
cepta mea custodiat cor tuum. Longitu-
dinem enim dierum et annos vite et pacem appo-
nent tibi. Misericordia et veritas non te deserant. Circum-
da eas gutturi tuo et describe in tabulis cor-
dis tui et invenies gratiam et disciplinam
bonam coram deo et hominibus. Habe fiduciam in
domino ex toto corde tuo et ne innitaris pru-
dentie tue. In omnibus viis tuis cogita il-
lum et ipse diriget gressus tuos. Ne sis sa-
piens apud temetipsum. Time dominum et rece-
de a malo. Sanitas quippe erit umbilico
tuo et irrigatio ossium tuorum. Honora dominum
de tua substantia et de primitiis omnium frugum
tuarum et implebuntur horrea tua satu- [de primitiis]
ritate et vino torcularia tua redundabunt.
Disciplinam domini fili mi ne abicias nec de-
ficias cum ab eo corriperis. Quem enim dili-
git dominus corripit et quasi pater in filio complacet sibi. Bea-
tus homo qui invenit sapientiam et qui affluit pru-
dentia. Melior est acquisitio eius negotiati-
one auri et argenti. Primi et purissimi
fructus eius. Pretiosior est cunctis opibus et omnia
que desiderantur huic non valent comparari. Lon-
gitudo dierum in dextera eius et in sinistra illius
divitie et gloria. Vie eius vie pulchre et omnes
semite illius pacifice. Lignum vite est
his qui apprehenderint eam et qui tenuerint
eam beatus. Dominus sapientia fundavit terram stabi-
livit celos prudentia. Sapientia illius erupe-
runt abyssi et nubes rore concrescunt. Fili mi ne
effluant hec ab oculis tuis. Custodi legem
[et meum] atque consilium et erit vita anime tue et gratia
faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via
tua et pes tuus non impinget. Si dormie-
ris non timebis quiesces et suavis erit somp-
[terrore] nus tuus. Ne paveas repentino terrore et irruen-
tes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in la-
tere tuo et custodiet pedem tuum ne capiaris.
Noli prohibere benefacere eum qui potest si vales
et ipse benefac. Ne dicas amico tuo vade et
revertere et cras dabo tibi cum statim possis dare.
Ne moliaris amico tuo malum cum ille in
te habeat fiduciam. Ne contendas adversus hominem
frustra cum ipse tibi nihil mali fecerit. Ne e-
muleris hominem iniustum nec imiteris
vias eius quia abhominatio domini est omnis illusor et
cum simplicibus sermocinatio eius. Egestas a domino
in domo impii. Habitacula autem iustorum bene-
dicentur. Illusores ipse deludet et mansuetis
dabit gratiam. Gloriam sapientes possidebunt.
stultorum exaltatio ignominia.

IIII

Audite filii disciplinam patris vestri et at-
tendite ut sciatis prudentiam. Donum
bonum tribuam vobis legem meam ne derelin-
quatis. Nam et ego filius fui patris mei tenel-
lus et unigenitus coram matre mea et
docebat me atque dicebat. Suscipiat ver-
ba mea cor tuum custodi precepta mea et
vives. Posside sapientiam posside pruden-
tiam. Ne obliviscaris neque declines a verbis oris
mei. Ne dimittas eam et custodiet te. Dilige
eam et servabit te. Principium sapientie posside
sapientiam et in omni possessione tua acquire
prudentiam. Arripe illam et exaltabit te glo-
rificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus.
Dabit capiti tuo augmenta gratiarum et corona
inclita proteget te. Audi fili mi et suscipe
verba mea ut multiplicentur tibi anni vite.
Viam sapientie monstrabo tibi et ducam te
per semitas equitatis. Quas cum ingressus
fueris non artabuntur gressus tui et currens
non habebis offendiculum. Tene disciplinam
et ne dimittas eam. Custodi illam quia ipsa
est vita tua. Ne delecteris in semitis impio-
rum nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea
nec transeas per illam. Declina et desere eam.
Non enim dormiunt nisi malefecerint nec ra-
pitur somnus nisi supplantaverint. Comedunt [ab eis]
panem impietatis et vinum iniquitatis
bibunt. Iustorum autem semita quasi lux splen-
dens procedit et crescit usque ad perfectam diem. Via
impiorum tenebrosa nesciunt ubi corruant.
Fili mi ausculta sermones meos et ad elo-
quia mea inclina aurem tuam. Ne recedant
ab oculis tuis. Custodi ea in medio cordis
tui. Vita enim sunt invenientibus ea et universe
carni sanitas. Omni custodia serva cor
tuum quia ex ipso vita procedit. Remove a
te os pravum et detrahentia labia sint procul
a te. Oculi tui recta videant et palpebre tue
precedant gressus tuos. Dirige semitam pedibus

p

PARABOLE
SALOMONIS
filii david regis is
rahel. ad sciendã
sapientiam et dis
ciplinam. ad in
telligenda verba
prudentie. et susci
piendam erudicio
nẽ doctrine. iusticiã. et iudici
ũ et equitatẽ. ut detur parvulis
astucia. et adolescenti scia et in
tellectus. Audiens sapiens sa
pientior erit. et intelligens gu
bernacula possidebit. Animadu
tet parabolam et interptatõne.
verba sapientium et enigmata
eorum. Timor dñi principium sapie
Sapientiam atque doctrinã stul
ti despiciunt. Audi fili mi di
sciplinam patris tui. et ne dimit
tas legẽ matris tue. ut addatur
tur gratia capiti tuo. et torques
collo tuo. Fili mi si lactave
rint te peccatores ne acquiescas eis
Si dixerint veni nobiscum. insidi
emur sanguini. abscondamus
tendiculas contra insontẽ frustra:
deglutiamus eum sicut infernus
viventẽ. et integrum quasi descen
dentẽ in lacum. omnem preciosã
substantiam reperiemus. implebi
mus domos nostras spoliis. sortẽ
mitte nobiscum. marsupium unũ
sit omnium nostrum. Fili mi ne ambules
cum eis. Prohibe pedẽ tuum a semi
tis eorum. Pedes enim illorum ad malum
currunt. et festinant ut effundant sangui
nem. Frustra autẽ iacitur rete ante oculos
pennatorum. Ipsi quoque contra sanguinẽ suum
insidiantur. et moliuntur fraudes contra animas
suas. Sic semite omnis avari. animas possi
dentium rapiunt. Sapientia foris predicat in
plateis dat vocẽ suã. In capite turbarum
clamitat. in foribus portarum urbis profert
verba sua dicens. Usque parvuli diligitis
infantiã. et stulti ea que sibi sunt noxia cupi
ent. et imprudentes odibunt sciam. Conver

timini ad correptionem meam. En proferam
vobis spiritum meum. et ostendam vobis verba mea
quia vocavi et renuistis. extendi manum me
am. et non fuit qui aspiceret. Despexistis omne
consilium meum. et increpationes meas negle
xistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo
et subsannabo vos. cum vobis quod timebatis evene
rit. cum irruerit repentina calamitas. et
interitus quasi tempestas ingruerit. quando vene
rit super vos tribulatio et angustia. Tunc in
vocabunt me et non exaudiam. mane consur
gent et non invenient me. eo quod exosam habuerint
disciplinã. et timorẽ dñi non susceperint. nec
acquieverint consilio meo. et detraxerint univ
se correptioni mee. Comedent ergo fructus
vie sue. suisque consiliis saturabuntur. Aversio
parvulorum interficiet eos. et prosperitas
stultorum perdet illos. Qui autem me audie
rit absque terrore requiescet. et habundantia
perfruetur: malorum timore sublato. Fi
li mi si susceperis sermones meos. et man
data mea absconderis penes te. ut au
diat sapientiam auris tua. inclina cor tu
um ad agnoscendã prudentiã. Si enim
sapientiam invocaveris. et inclinaveris cor tuum
prudentie. si quesieris eam quasi pecuniã. et
sicut thesauros effoderis illã: tunc intelli
ges timorẽ dñi. et scientiam dei invenies. quia
dñs dat sapientiam. et ex ore eius scientia et pruden
tia. Custodiet rectorum salutẽ. et proteget gra
dientes simpliciter. servans semitas iusti
tie. et vias sanctorum custodiens. Tunc intelliges
iusticiã et iudicium et equitatẽ. et omnem
semitã bonam. Si intraverit sapientia cor tu
um. et scientia anime tue placuerit. Consilium cu
stodiet te. et prudentia servabit te. ut
eruaris de via mala. et ab homine qui per
versa loquitur. Qui relinquunt iter rectũ. et
ambulant per vias tenebrosas. Qui letan
tur cum male fecerint. et exultant in rebus
pessimis. Quorum vie perverse. et infames gres
sus eorum. Ut eruaris a muliere aliena
et ab extranea que mollit sermones suos.
et relinquit ducem pubertatis sue. et pac
ti dei sui oblita est. Inclinata est enim ad mor
tem domus eius. et ad inferos semite ipsius
Omnes qui ingrediuntur ad eã non revertentur:
nec apprehendent semitas vite. Ut ambules

ad inveniunt

dominum

mum